



*bog*

# AMORIS THEATRUM

In Nuptiarum solemnis  
VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQUE DOCTISSIMI

DOMINI

# DN. WILHELMI CHRISTIANI STERNIKELII,

A Potentissimi Regis & Electoris Saxoniæ supremo generalium  
Redituum Collegio Secretarii spectatissimi.

Nec non

VIRGINIS ORNATISSIMÆ FORMÆ QVE GRATIA  
NULLI SECUNDÆ

# ANNÆ SALOMÆ,

è spectatissima stirpe

# GANZLANDIANA ortæ,

Die 13. Novembr. 1708.

Torgaviae celebratis,

repræsentatum

# M. GODFRIDO STEINBRECHERO,

Lycei Torgensi. Rect.

Universus Terrarum Orbis Theatrum amoris est.

Quid qvod?

Qvicqvad Boni in terrarum orbe est, amor est.

Qvin! terrarum orbis, ipse, amor est.

Mirum!

Mortalium omnes hunc hospitem gremio fovent suo.

Nec tamen norunt: ater, an albus;

Dulcis sit, an amarus.

Non, nisi Amoris vim sentiunt.

Qvæ vis sanè omnium maxima,

Omnes omnium vires vincens maximas.

Munitissima propugnacula vi expugnantur;

Vi expugnantur hostium castra munitissima.

At vi sine amor expugnat omnia.

Navi cuidam en! insculptum Lemina:

NON VINO, SED VI NO.

Amoris navicula adderes hoc:

Amore, non Vi no.

Brevi:

Lethi Vi Vis amoris fortior est.

Quid Eqvitem illum Romanum Curtium impulit,

Qvod

AK

Ut in pestiferum terræ hiatum se precipitaverit?  
Quid Te, Leonida! quid Te, Deci Mus Consul,  
Ut in confertissima hostium tela involetis?  
Nonne amor in patriam? amor sane in patriam.  
Ecquid magni Regis Filium Jonathanem impulit,  
Ut vita sua periculo, periculo Davidem liberaret?  
Ecquid Amicos conjunctissimos Damonem & Pythiam,  
Ut alter pro altero mortis damnatio vas factus?  
Quid impeliebat Nilum & Euryalum,  
Ut, altero noxiō telis hostium succumbente,  
Alter innoxitis ferientibus acclamaret:  
**ME! ME! ADSUM, QVI FECI, IN ME CONVERTITE TELA!**  
Et quid Te, Theseu, impulit? quid Te movit,  
Ut cum amico Pirithoo ad inferos decenderet?  
Amor nonne fuit? fuit omnino amor.  
Quid dicam de Amore Parentum?  
Ardentissimus hic est, flagrantissimus.  
Audi Davidem, filio degenere confozzo, querulanteum:  
Abiolon! ô Abiolon! mi Fili! Fili mi!  
Utinam mihi pro te mors subeunda!  
Amor filialis quid?  
Hic Patrem Anchisen per medias portas flammas.  
En! adest & fidus Xenocrates,  
Tam ardent hic Magistrum Platoneum amat,  
Ut, cum Dionyssus Tyrannus diceret:  
Est, QVI TIBI AUFERRET CAPUT;  
Ille adstante caputque suum ostendens, diceret:  
NON PRIUS, QVAM HOC!  
Quid de fidelium Conjugum amore?  
Quid de Te, Cleopatra, dicam?  
Tū tui defuncti Regis offa in pulverem redacta,  
Liquido miscere, tu bibere in deliciis habes,  
Tū denique in defuncti Mausoleo luctu pra amore tabelcis,  
En magni illius Hugonis Grotii uxorem!  
Vide, quam cupidè maritum carceris perpetui damnatum  
Arcae librariae includat, inqve tuto locari curer.  
Ipsa in vinculis remanens!  
Lege, & legendo obstupestes,  
Quam ardens quam constans amor, & affectus  
Clarae Cervendae fuerit in Bernhardum Valdarum conjugem.  
Morbo desperato, fadissimo, coque contagioso  
Non per mentem, sed solidum decennium laborantem. +  
Sic, sic vis amoris maxima!  
Et unde amor etiam qvorundam ridiculus, absurdus,

Amo.

Cin: car. Gent. 1. Hor. Subtil. Cap. 5.

Amoris nisi vis esset maxima!  
Nimirum Amor labyrinthus cogitationum est,  
Quæ semel implicatae, vix explicari possunt.  
Superbisimus ille Persarum Rex Xerxes,  
Cum per Lydiam cum exercitu transiret,  
Amore elegantis platanii captus,  
Circa hanc castra ponebat,  
Circa hanic, nulla urgente necessitate, diu manebat,  
Ostendebat suum, amantium more, amore ca,  
Preciosum ex ea ornatum, torques & armillas suspendebat,  
Eo magis munere Amaſae huic ſuæ placitrus.  
Quid? custodena ipſi apponebat,  
Ne ullius rivalis contactu pollueretur.  
Quid ille Atheniensis Adolescentis?  
Statuam hic bona fortuna ira deperibat,  
Ut candem complexu oſculoque cohonestaret,  
Ut pretioſo nitentique veftitu ornaret,  
Ut multis redimitam tenuis coronaret,  
Ut tandem à Senatu ſupplicy oraret,  
Eius vel magno emenda ut copia fieret,  
Ut, amoris interrupted impatientia vietus,  
Manus ſibi violentas aſſeret.  
Ridiculus ſane hic amor est, absurdus eſt.  
At umbra eſt, amori uxori ſi comparetur,  
Invictus alioquin Simón, amore Delila vietus,  
Hujus ludibrio te lubens exponebat.  
Hercules fortissimus amore Omphalæ captus,  
Hujus Sandalio caput committigandum prebebat.  
Phædria à Thaide, fundi ſui calamitate, exclutus.  
Totus præ ira nelcio, an amore, tremebat, horrebat.  
Malebat mori, quam contumeliam hanc ferre.  
Mox amasæ foribus miſer oſcula figebat.  
Mox uno verbulo blandulo vietus labaccebat.  
Quid! Mythologi amoris vim adumbraturi,  
Ipsos finguunt Deos amore exarſisse,  
Seque, ut ipſius ſierent compores, mutasse  
Mox in imbreui, mox in aliud, nelcio, quid!  
At vero apape, apage ridicule, libidinote amor!  
Sincerus Conjugum amor admirandus, commendandus,  
A Deo quippe ipſo, auctore conjugii  
Implantatus, inflammatus.  
Et ſic Tit, SPONSE NOBILISSIME,  
Flamas in Spontam divinitus inflammatas eſſe

Inge-

† Elian. L. 2. var. Hist. Cap. 4.

† Elianus L. 9. C. 39. Coſt Rhodig. L. 11. Lect.

antiqu. C. 11.

Ingenue fateberis.

Vix enim subaudita Sponse ornatissimæ bona fama,  
Forma eleganti virginis hujus vix procul visa,  
Nonne, non fallor, amore ipsius flagrabas?  
Somiabas nonne istam? istam nonne sperabas?  
Expectabas nonne istam? ita nonne Te oblectabas?  
Nonne absens cum ista præsens eras?  
En! quanta vis amoris.  
Et quid Tu, ORNATISSIMA SPONSA?  
Tune forte animo luctata ita:  
Nescio, quid animum diverse trahat meum.  
Certe, quantum intelligo, amor est.  
Fareor: Sed qui possum?  
Aliud amor, aliud ratio svadet.  
Non ignoro, affectum amoris pessimum esse consultorem.  
Amoris tamen vis maxima.  
Sed cur ignotum, cur exterum amo?  
Namque & Torgavia habet Viros, meo conjugio dignos.  
Sed tamen vir juvenis est, virtute & forma præstans.  
Ergo omni faxo, ferro omni durior ero,  
Nisi ipsius amore caperer.  
At me è Patriæ carissimæ laribus abducturus est?  
Egone unica adhuc Parentum filia Patriam linquverem?  
Barbara essem, aspera essem, essem dura,  
Patrem si blandum, canitieque sparsum linquverem:  
Matrem si indulgentissimam linquverem.  
Sed ingenuus vultus, animus ingenuus,  
Fronte candida, forma egregia moveret me.  
Vah! unicus nisi esset scrupulus:  
Tedium viæ, ignota gens terret me.  
At notus mihi est Sponfus meus,  
Hic tedium viæ sublevabit,  
In hujus complexu gremiōque tutu ero, secura ero.  
En! vim amoris maximam.  
Ingeniose igitur Cupidini sagitta ac faces tribuuntur.  
Ferro & igne acrius nihil, nihil magis penetrabile.  
Amor igne ardenter, ferro potentior amor.  
Ignis adiur tangentes, amor è longinquo urit.  
Læsus itaque brachis amplectere, Sponse Nobilissime,  
Sponsam tuam lectissimam.  
Amplectere Venerem in concha tuam,  
Pie, castaque doctam, eductam  
Verè Domiportam.  
En! niveus Veneris currus niveis colorigibus,  
Columbis candidis advehit tibi  
Sponsam colore niveam, moribus candidam.  
Et tu, Sponfa, precor, vivas, floreas  
In complexu Sponfi, Tui, fausta, læta, secura.  
Flore, vive, vire Par conjugum nobile,  
Et brevi ostende  
Vim effectumque Amoris esse maximum.  
Hoc est:  
Conjugium fac velutrum sit amoris theatrum  
Dulcissimum, fertilissimum.

27.1.1981  
- 9. AUG 1982

78 M 355 (1)



TA JOL

VON



# AMORIS THEATRUM

In Nuptiarum solemniis

VIRI NÖBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DOMINI

# DN. WILHELMI CHRISTIANI STERNIKELII,

¶ Potentissimi Regis & Electoris Saxonie supremo generalium  
Redituum Collegio Secretarii spectatissimi.

Nec non

VIRGINIS ORNATISSIME FORMÆ QVE GRATIA  
NULLI SECUNDÆ

# ANNÆ SALOMÆ,

è spectatissima stirpe

# GANZLANDIANA ortæ,

Die 13. Növemb. 1708.

Torgaviae celebratis,

representatum

# M. GODFRIDO STEINBRECHERO,

Lycei Torgensi. Rect.

Universus Terrarum Orbis Theatrum amoris est.

Quid quod?

Qvicqvad Boni in terrarum orbe est, amor est.

Qvin! terrarum orbis, ipse, amor est.

Mirum!

Mortalitatem omnes hunc hospitem gremio fovent suos,

Nec tamen norunt: ater, an albus;

Dulcis sit, an amarus.

Non, nisi Amoris vim sentiunt.

Quæ vis sanctæ omnium maxima,

Omnes omnium vires vincens maximas.

Munitissima propugnacula vi expugnantur,

Vi expugnantur hostium castra munitissima.

At vi sine amor expugnat omnia.

Navi citidam en! incultum Lemma:

NON VINO, SED VI NO.

Amoris naviculae adderes hoc:

Amore, non Vi no.

Brevi:

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	2.5	5.0	7.5	10.0	12.5	15.0	17.5	20.0	22.5	25.0	27.5	30.0	32.5	35.0	37.5	40.0	42.5	45.0	

Farbkarte #13

